

Episcoporum Provinciae ecclesiasticae Marianopolitanae pre-cibus annuentes, censuere: 1o Montis Regii Succursalem in Universitatem autonomam, suis juribus ac privilegiis ornatam, erigendam esse; 2o eam nuncupandam esse Universitatem Montis Regii; 3o ita vero eamdem constituendam esse, ut — quae ad Statuta ac rationem studiorum exarandam atque ad omnem ipsius vitam pertinent — ex Apostolicae Sedis legibus et Constitutionibus moderanda sint, praecipue ex Constitutione S. P. Leonis XII " Quod divina sapientia " diei XXV augusti anno MDCCCXXIV; 4o Scholas, quae in Provincia ecclesiastica Marianopolitana sunt, et hucusque ad Lavallen-sen Universitatem pertinebant, Universitati Montis Regii in posterum aggregandas ; 5o denique non antea expediendam erectionis Bullam, quam nova Universitas chartam auctoratis civilis obtinuerit, et Facultates, quae sese paratas declaraverunt ad suam autonomiam abdicandam, ut unum cum nova Universitate Montis Regii velut corpus efficerent, ita reapse praestiterint. — Hanc vero E. morum P. P. Cardinalium sententiam S. P. Benedictus, PP. XV, in audience infrascripto ejusdem Sacrae Congregationis a secretis eodem die concessa, ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, e Secretaria S. C. de Seminariis et Studio-rum Universitatibus, die VIII maii anno MCMXIX.

CAIETANUS, Card. BISLETI,

Praefectus.

JACOBUS SINIBALDI,

Ep. Tiberien., a Secretis.

PRIERES DES QUARANTE-HEURES

- | | | |
|----------|------------|-----------------------------|
| Lundi | 19 janvier | — Pensionnat Sainte-Angèle. |
| Mercredi | 21 | “ — Villa-Maria. |
| Vendredi | 23 | “ — Saint-Pierre-aux-Liens. |
| | | — Sault-au-Récollet. |
| Dimanche | 25 | “ — Sainte-Cunégonde. |